Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lst autem audiendi audiat.
Feria vj. Ad corinthios. iij. ca.
Fratres. Nos omnes revelata
facie gloriam domini speculan-
tes in eandem imaginem transfer-
mamur a claritate in claritatem
tamquam a domini spiritu. Ideo habentes
hanc administrationem iuxta quod misericordiam
consecuti sumus non deficimus
sed abdicamus occulta et deformi-
tatis. non ambulantes in astutia
neque adulterantes verbum dei.
sed in manifestatione veritatis commendantes vosmetipsos
ad omnem conscientiam hominum coram
deo. Quod si etiam operitur est
euangelium nostrum in his qui per-
eunt est operitur in quibus deus
huius seculi excecauit mentes in-
fidelium. ut non fulgeat illuminatio
euangelij glorie christi qui est
imago dei. non enim nosmetipsos
predicamus sed dominum ihesum christum
dominum nostrum. Secundum marcum. iij.
Initium sancti euangelij ihesu christi
filij dei sicut scriptum est in ysaia
propheta. Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam qui preparabit
viam tuam ante te. Vox clamantis
in deserto parate viam domini rec-
tas facite semitas eius. Fuit io-
hannes in deserto predicans baptis-
mum penitentie in remissionem peccatorum.
Et egredebatur ad illum omnis
iudee regio et hierusalem. et baptizabantur ab illo in iorda-
nis fluuio confitentes peccata sua.
Et erat iohannes vestitus pilis ca-
melorum et zona pellicea circa
lumbos eius. Et locustas et
mel silvestre edebat et predica-
bat dicens. Venit fortior me post
me cuius non sum dignus procum-
bens solvere corrigiam calceamen-
torum eius. Ego baptizaui vos
aqua ipse baptizabit vos spiritu
sancto. Oratio Tertia. Offertorium.
Gaudete in domino semper iterum
dico gaudete modestia vestra
nota sit omnibus hominibus dominus
prope est nichil solliciti sitis sed in omni
oratione petitiones vestre innotescant apud
deum. Ps. Benedixisti domine terram tuam
auertisti captiuitatem iacob. Oratio.
Aures tuam quesumus domine populi
tui supplicationibus accommoda et mentis
nostre tenebras gratia tue visitatione
illustra. Qui cum. Ad corinthios. iij.
Fratres. Sic nos existimet homo ut ministros
christi et dispensatores misteriorum
dei. Hic iam quoque inter dispen-
satores ut fidelis quis inueniatur.
Michi autem pro minimo est ut a vo-
bis iudicer aut ab humano die
sed neque meipsum iudico. Nichil
enim mihi conscius sum. sed non
in hoc iustificatus sum. Qui autem
iudicat me dominus est. itaque no-
lite ante quis iudicare quoad